

HOLY SEE PRESS OFFICE
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS

BOLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0275

Sabato 25.04.2009

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI CONCLUSIVE DELL'ANNO GIUBILARE INDETTO NEL VII CENTENARIO DELLA DEVOZIONE A "NOSTRA SIGNORA D'EUROPA" (GIBILTERRA, 5 MAGGIO 2009)

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI CONCLUSIVE DELL'ANNO
GIUBILARE INDETTO NEL VII CENTENARIO DELLA DEVOZIONE A "NOSTRA SIGNORA D'EUROPA"
(GIBILTERRA, 5 MAGGIO 2009)

In data 7 marzo 2009, il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. José Saraiva Martins, C.M.F., Prefetto emerito della Congregazione delle Cause dei Santi, Suo Inviato Speciale alle celebrazioni conclusive dell'anno giubilare, indetto nel VII centenario della devozione a "Nostra Signora d'Europa", che avranno luogo a Gibilterra il 5 maggio 2009.

Il Cardinale Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione composta dai seguenti Ecclesiastici della diocesi di Gibraltar:

- Rev.do Mons. Paul Charles Bear, Vicario Generale;
- Rev.do Sac. Charles Azzopardi, Vicario Apostolico per i giovani.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Em.mo Card. José Saraiva Martins:

● **LETTERA DEL SANTO PADRE**

Venerabili Fratri Nostro

JOSEPHO S.R.E. Cardinali SARAIVA MARTINS, C.M.F.

Congregationis de Causis Sanctorum emerito Praefecto

Septingentesimus iam appetit annus ex 'quo tempore "Domina Nostra Europae" Gibraltariense apud solum coli copta est, Ferdinando IV interveniente rege. Prorsus patet atque admodum liquet praestare inibi sactuarium,

quod insignibus collustratur fidei documentis et in Virginem Mariam pietatis locupletatur testificationibus. Veneratus Decessor Noster Ioannes Paulus II quondam etiam est cohortatus ut caelestem Matrem fideles ibidem invocarent, superna beneficia petituri atque salutaria adiumenta impetratur, quo universa Europa suas christianas translaticias consuetudines moresque maiorum aequius agnoscat servetque.

Cum autem noverimus iubilarem hunc eventum die quinto mensis Maii inibi sollemniter ira celebratum, cupimus Nos eundem probanda de causa extolli et salubriter magnificare, pro comperto habentes in credentes esse gratias eventuras Europaeosque cives ad antiquiora remigraturos, ut praesentia congruentius interpretentur.

Quo festivius ritus explicetur, spectatum statuimus mittere Praesulem, qui personam Nostram sustineat Nostramque pariter benignam mentem ostendat. Tu autem, Venerabilis Frater Noster, aptus prorsus occurris, cui hoc magni ponderis demandetur officium. Quapropter te Missum Extraordinarium Nostrum constituimus, ut, exoptata sanctissimae Dei Matris occurrente commemoratione, ipsam vocem Nostram signifiques, unde cuncti novum animum suscipient ad Deiparam impentius venerandam.

Palam demum benevolentiam Nostram declarabis et sollicitudinem, dum preces pariter fundimus ut animi mentesque renoventur ac insigni pietate ditentur. Salutationem tandem fervidam omnibus transmittas et Benedictionem Nostram Apostolicam universis simul huius eventus participibus nomine Nostro largiaris volumus, quae sit divinarum gratiarum nuntia laetabilisque temporis signum.

Ex Aedibus Vaticanis, die mensis XXXI Martii, anno MMIX, Pontificatus Nostri quarto.

BENEDICTUS PP. XVI

[00640-07.01] [Testo originale: Latino]
